UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Require i[n] co[mmun]i de mar. Jn die sancto. xxv Julij. om[n]ia festiue de co[m]muni apostolorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

Julij. om̄ia feſtiue de cōmuni apoſtolorum. Lectio p̄ma.

Jacobus apoſtolus filiꝰ zebedei frater iohannis dum poſt aſcenſionem dn̄i ꝑ iudeam et ſamariam predicaret: tandem in hyſpaniam trā ſiens ibidem verbuꝫ dei ſeminauit. Sed dum p̄ter nouem diſcipulos quos ibidem acq̄ſiuit nil proficeret duob⁊ ex eis cauſa predicandi ibi relictꝭ alios ſeptem ſecum aſſumens iterum rediȷ̄t in iudeā. Lec. ij.

Cumqꝫ in iudea predicaret non eſſe alium deum niſi patrem et ieſum chriſtum filium eius a iudeis crucifixum ⁊ ſpiritumſanctum magus q̄dam hermogenes nomīe diſcipulū ſuum philetum miſit: vt beatum iacobum coraꝫ iudeis ratione conuinceret. ⁊ ſuam predicationem falſam eſſe oſtenderet. Sed verſa vice philetꝰ ab aplo rationabiliter inſtructus doctrinā eius approbauit. fidem chriſti recepit. ⁊ ad hermogenem rediens: q̄tinus relicta arte magica iacobi diſcipulus fieret fideliter exhortando perſuaſit. Lectō tertia

Hermogenes aūt iratꝰ maleficijs ſuis confidens magis cepit phileto ⁊ aplo aduerſari donec apte cognouerat maleficia ſua preualere non poſſe ſeqꝫ per ea miſerabiliter illuſū turpiterqꝫ confuſum. Vn̄ proiectis in mare artis ſue magice libris ad apl'm rediȷ̄t ⁊ plātas eius tenens dixit. Aniarum liberator accipe penitentem quē inuidentē tibi ac detrahentem hactenus ſuſtinuiſti. Cepit quoqꝫ in dei timore pfectus eſſe adeo vt virtutes plurime ꝑ eum fierent. Le. iiij

Uidentes igitur iudei Hermogenem conuerſum zelo cōmoti ſunt et miſſo fune in collum apoſtoli ip̄m ad herodeꝫ agrippam trahūt. Cunqꝫ iuſſu herodis ad decollandū duceretur paralytico in via iacēti atqꝫ ad eum ꝑ ſua ſanatōne clamanti ait. In nomine ieſu chriſti pro cuius fide ad decollandum ducor exurge ſanꝰ ⁊ ſtatim ſanatus ſurrexit ⁊ dominum benedixit. Tu autem domie miſerere nobis. Le. v.

Hec vidēs ioſias ſcriba q̄ funem in collum apoſtoli miſerat ⁊ trahebat ad pedes eius ſe proiecit ⁊ veniaꝫ petēs xp̄ianum ſe fieri poſtulauit. Qui a beato iacobo baptizatus iubente herode cuꝫ apoſtolo capitis obtruncatōne martyriū feliciter conſummarūt Tū autem domine miſerere nobis. Deo gratias. Lectō ſexta.

Diſcipuli ꝓo apoſtoli corpꝰ eius nocte timore iudeorum rapientes nauim ſine remige

aſcenderunt ac ſepulturam di
uine prouidentie commiſerūt
Angelo itaqꝫ dñi duce in gal
laciam ad regnum lupe veniē
tes eidem dixerunt. Dñs ihs
chriſtus mittit ad te corpꝰ di
ſcipuli ſui: vt quem noluiſti ſu
ſcipere viuum ſuſcipias defū-
ctū. Que poſt multa viſa mi
racula dño credens propriuꝫ
palacium ſuum ſepulture con
ceſſit ⁊ in eccleſiam conſecra-
ri fecit. Scdm Matheum.
In illo tempe: Acceſſit
ad ieſū mater filioꝛū ze-
bedei cum filijs ſuis adoranſ
⁊ petens aliquid ab eo. Et reł
Omelia beati hieronmi preſ.
Unde opinionem regni ha-
bet mater filioꝛum zebedei:
vt cum dominus dixerit filiꝰ
homis tradeꝛ pricipibꝫ ſacer-
dotū ⁊ ſcribis ⁊ cōdemnabūt
eum moꝛte ⁊ tradēt gentibus
ad illudendum et flagellāduꝫ
⁊ ignominiā paſſionis timen
tibus diſcipulis nunciaret. il
la gloꝛiam poſtulet triūphātꝫ
Tu autem dñe. Lectō viij.
Hac vt reoꝛ ex cauſa qꝛ poſt
oīa dixerat dñs: ⁊ tertia die
reſurget. Putauit euꝫ mulier
poſt reſurrectionem illico reg
naturum. et hoc quod in ſecū
do aduentu promittitur pmo
eſſe complendum: ⁊ auiditate
feminea preſētia cupit imme-
moꝛ futuroꝛum. Tu āt. L. ix

Quod aūt interrogat domi
nus ⁊ illa petēre reſpondet qđ
vis: non venit de ignoꝛantia
ſed ex eius perſona dicitur. q̄
flagellandus ⁊ crucifigendus
erat. quō ⁊ de moꝛboſa q̄s me
tetigit. ⁊ de lazaro vbi poſui-
ſtis eum. in veteri quoqꝫ teſta
mento. adam vbi es. et deſcē-
dens videbo ſi iuxta clamoꝛē
ſuum qui venit ad me perfici
unt ſin autē non eſt vt ſciam.
Tu autē domie. Capitulū.
Miſit herodes rex manꝰ vt
affligeret quoſdam de eccle-
ſia. occidit aūt iacobū fratreꝫ
iohannis gladio. Deo grās.
Eſto dñe qms plebi Colla.
tue ſanctificatoꝛ ⁊ cuſtos: vt
beati iacobi apoſtoli tui mu-
nita preſidijs ⁊ conuerſatōne
tibi placeat ⁊ ſecura deſeruiat
Per dñm noſtrū. In craſti-
no ſancti Jacobi legiꝛ hiſto-
ria de ſctā Anna. In feſto
ſancte Anne ad primas veſ.
ſup pſalmos feriales añ. Ce
leſte beneficium introiuit ī an
nam de q̄ nata ē nob̄ Maria
virgo. Caplm. Mulierē foꝛ.
℟. Ad nutum dñi nr̄i. Req̄
re in natiuitate marie. Hym.
Lucis huius feſta colat
plebs honeſta deuꝫ celi
dignis confrequentans hym
nis. Mater mr̄is chriſti ex h̄
mundo triſti migrās fide bo-
na ſumit vite dona. Annam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN